

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.

Sechster Band.

Mit 2 Siegeltafeln.

Hannover.

H a h n'sche Buchhandlung.

1881.

XIV.

Vitae und Miracula

aus

Kloster Ebrach.

Mitgetheilt von

Joseph Schwarzer (aus Laubnitz).

In der Gräfllich Raczinski'schen Bibliothek zu Posen befindet sich unter Qu. II. H. d. 18. eine Pergamenthandschrift des beginnenden 13. Jahrhunderts, im Katalog der Bibliothek und bei Pertz, Archiv XI, 696 unter dem Titel 'Miscellanea varii argumenti' aufgeführt, die in mehrfacher Hinsicht Interesse erweckt. Die Handschrift, welche nach einigen Anzeichen aus dem Kloster Ebrach in Franken zu stammen scheint, bestand ursprünglich aus 17 Quaternionen, von denen jetzt der erste und letzte ganz und ausserdem einzelne Blätter fehlen. Von den 25 mit Reissblei gezogenen Linien auf einer Seite sind in der Regel die beiden oberen und unteren über die Randlinie hinausgezogen. Capitelüberschriften und Initialen sind roth, die Schrift ist gross und deutlich, Striche über i finden sich durchweg noch nicht, über doppel i nur an wenigen Stellen, wie es scheint, zur Verdeutlichung von späterer Hand, von der auch am Rande hin und wieder Bemerkungen; et ist noch verbunden, e mit scharfen Abschnittslinien wird durchgehend für ae gebraucht. Die Schaftbuchstaben sind oben nicht selten gespalten, meist aber nur verdickt und scharf abgeschnitten.

Der Inhalt ist, wie schon der Titel andeutet, sehr mannigfaltig. Der erste Theil enthält Betrachtungen und Gebete, die sich grösstentheils an das Leben Christi anschliessen, gemischt mit kurzen Wundererzählungen. Der zweite Theil beginnt auf fol. 27^a mit einem Briefe Gerhoh's von Reichersberg an die Schwestern eines Nonnenklosters, worin er von einer apokryphen Schrift 'de transitu s. Mariae' das Verwerfungsurtheil des hl. Hieronymus hinwegnehmen will. Fol. 30 folgt dann diese Erzählung selbst, damit man den Unterschied sehe, der zwischen dieser und einer ähnlichen von Hieronymus verworfenen bestehe. Am Rande ist dabei von späterer Hand bemerkt: 'Relatio Aretini episcopi'. Fol. 41 folgt ein darauf bezügliches Gedicht von 21 Zeilen. Fol. 42 beginnt der dritte Theil mit der Rubrik: 'Incipiunt miracula'. Zunächst ein Brief: 'Domine et matri M. venerabili atque amabili in Christo abba-

tisse in Wehterswinchel¹⁾ sanctoque ac deo dilecto conventui filiarum ejus E. ipsarum servus et filius' etc. Um seinen Dank auszudrücken, will E. seine Musse dazu verwenden, aufzuschreiben theils was er gehört, theils was er selbst gesehen hat von solchen Mirakeln. Schriften will er dazu nicht benutzt haben. Die meisten Stücke in sehr lebendiger, asyndetischer Darstellung sind ein Preis mönchischer Tugenden.

Ich hebe zunächst einige Ueberschriften hervor:

Fol. 45^a: Quod reges monachi et conversi visi sunt in spiritu. Fol. 46^a: De Pontio episcopo et monacho ejus. Fol. 48^a: De Godeschalco monacho. Fol. 64: De Volmero decano viro bono. Fol. 65^a: De Bertolfo sancto presbytero et monacho. Fol. 66^a: De Ottone²⁾ viro sancto. Fol. 68^a: De Petro episcopo. Fol. 70^a: De Petro Clarevallis abbate sancto.

Manche von diesen Erzählungen haben grosse Aehnlichkeit mit denen, welche Caesarius von Heisterbach in seinen Libri XII illustrium miraculorum et historiarum memorabilium gesammelt hat. Dies ist auch der Fall mit der Erzählung auf fol. 74: 'De virgine inventa in ordine nostro et defuncta', welche sich bei näherer Untersuchung als eine Vita S. Hildegundis³⁾ († 1188) erwies, und zwar als die der Abfassung (und wohl auch der Handschrift) nach älteste, denn sie ist noch im Todesjahr der Heiligen selbst geschrieben. Doch sie mag zunächst folgen:

Alterum vero absolvam ipsoque ad finem attingam. Aliquid jocundi habet hoc accidens in vicino, ut prope sit tempore, et loco non longe. Sconowia⁴⁾ est domus ordinis nostri, vicina Rheno, rebus dives, habundans personis, nobilis disciplina. In hanc juvenculus venit suscipi se rogans, cui nomen Joseph. Obtinuit ipse fultus suffragio cujusdam incluse sancte et pre sanctitate omnibus illic manentibus familiaris ac dilecte. Intravit regulariter intromissus et ad omnem regulam ipse conversatus. Femina fuit hic homo; nemo cognovit, quamquam hoc infirmitas crebra clamaverit. Quid faceret? viriliter agere noluit, obstitit sexus natura, maxime apud nos, ubi cuncta sunt fortia. Hinc facta pusillanimis lassescere cepit et tedere et quasi velle discedere, non discipline aut laboris impatiens, sed posse latere diffidens. Equidem tam subtiles necdum incurrerat et a domesticis cavere non facile, ubi non erat huc vel illuc divertere. Haec illi et non alia causa nutandi. Sed quid in illa videre femineum, quid alienum aut novum suspi-

1) Wächterswinkel, ein von den Grafen von Henneberg 1111 gestiftetes Cistercienserinnenkloster bei Mellrichstadt in Unterfranken. Vgl. Böttcher, Germania sacra Ib. 1026. 2) Prior im Kloster des Verfassers.

3) Vgl. Wattenbach, Deutsche Geschichtsquellen. 4. Aufl., II, 310.

4) Cistercienserkloster Schönau bei Heidelberg.

cari? et diebus istis inauditum feminam attemptare tam arduum. Si cui hoc suggereret vel suus cogitatus vel angelus malus, ad radicem mox ubi oriretur aresceret; numquam ad signum, numquam ad nutum pro multa domus disciplina procederet. Hinc tamen frater Joseph securus esse non potuit, suspectum se suspicans et fluctuans jugiter nec habens solatium preter Deum et priorem¹⁾ solum. Apud hunc habuit gratiam specialem, specialiter ei commendatus ab inclusa sancta, que secreti hujus sola creditur conscia. Voluit autem Deus finem dare angustiiis et educere illum in latitudinem²⁾. Et infirmatus est Joseph usque ad mortem. Vicinus morti priorem vocat, confitetur ei, omnia ei sua preter sexum indicat. Hic per se gloriosus (sic) habuit innotescere. 'En', inquit, 'ego morior; promissum est mihi, non fallat qui promisit. Invenietis in me, quod miremini, sed non oportet. Magna mihi fecit Deus; dignum esset, quod responderem beneficiis ejus. Si non tedet vobis audire, referam vobis, quid miraculorum fecit Deus in me'.

'Indigena sum', inquit, 'terre hujus natus in territorio Coloniensi, patre christiano, matre pariter christiana. Defuncta est mater, pater quoque amittere me metuens, votum vovit Domino, sepulchro ejus se simul et me presentare, si mihi vitam dignaretur concedere. Vovit et reddidit exiens et exhibens me Jerosolimis infantulum adhuc et parvulum nimis. Eramus in reditu, in Tyrum venimus, illic infirmatus est pater meus, mortuus et sepultus. Servum habuimus in comitatu, ejus fidei commendatus sum ego et residuum pecunie viatico parate. Suscepit nos, servavit et me et pecuniam, sed carius illam; pausatam est aliquandiu in Tyro, ab inde huc transfretare dispositum. Aptantur naves, naute peregrinos ad iter invitant, in crastinum ituri et diluculo anchoras soluturi. Importantur necessaria, singuli provident sibi, pedagogus meus sui curam gerit, mei negligens. Denique abiit mane cum ceteris, deportat mea, me in hospitio et in lecto derelinquens. Evigilo, nichil invenio, non res, non socium, non vel ullum qui succurreret. Mendico, loquor et non intelligor. Fames crebras et gravissimas patior. Transit annus et nimium longus mihi. Veniunt peregrini, molior reditum, casum meum pando Theutonicis, omnes miserentur, nemo succurrit. Quidam postremo nobilium accepit me in sua, curam mei habens; cum ipso transfretavi. Romanum docuit me fames et necessitas mendicandi. Adjeci studium et didici litteras, mendicans illas in scholis sicut in ostiis bucellas. Ad ultimum repatrio, venio in terram hanc: coram his qui me noverunt [in]venio gratiam. Interim a domino papa³⁾ pulsatur imperium de ordinatione

1) Diepold war damals Prior. Vgl. Cod. dipl. Schonaug. bei Gudenus, Sylloge I. variorum diplomatum, Frankf. 1728, S. 34. 2) 2 Reg. 22, 20. 3) Lucius III.

Treverensis episcopi. Pape irascitur imperator¹⁾. Calumpnie hujus Coloniensis episcopus²⁾ domino pape favendo fit particeps, nota sunt hec. Dixerim illa pro parte mea, nam causa me tangit periclitatum usque ad mortem, hujus rei gratia. Itaque in hoc negotio multi nuntii littereque cucurrerunt episcoporum ad papam, pape ad episcopos. Clam tamen istud; nam si quis deprehenderetur, proditoris reus et hostis imperii tractabatur. Hinc obsesse vie, competa custodita, ut, si quem notaret suspicio, nunquam transiret indiscussus. Apices tamen non sederunt currentes, et cum periculo portitorum, arte tamen observantibus illusum est. De portantibus unus ego fui, episcopi Coloniensis epistolas ferens, electus ad hoc et talis visus in quo minor esset suspicio. Equidem capellanus laturus illas mihi ferre commisit; perferenti magna promisit et in viam viaticum sufficiens prebuit. Baculo peregrini clauderantur arte signate, ne quis facile possit agnoscere. Precessit ille vacuus et securus. Ego si discuterer, habui sustinere dispendium. Verone debueram ei reddere litteras; illuc usque metus fuit, sed et ibi dominus papa tunc sedit’.

Quod capta fuit et suspensa.

‘Necdum ad Alpes ventum est; in Rhetia dum transirem, que provincia est Alamanie, furem offendi. Hic junxit se mihi, sciscitans, quonam vellem? Transalpinare me velle, dixi; dixit et ille, voti esse id sui. Imus pariter, et ecce venimus ad silvam, non grandis illa et transitu facilis. Respicimus, et “Ecce viri consequuntur nos”, ajo, “concitati sunt in eundo veloces”. Ipsi a fure dampna pertulerant, et res eorum in sacco ejus. Dixit ergo ad me: “Sede super saccum hunc, donec revertar ad te”. Ingreditur silvam, latitans dum transirent, sed transire illorum non facile mihi. Veniunt ad me, saccum respiciunt, excutiunt me de illo et quod fuit in illo, suum inveniunt. Verberant me sine miseria. Innocentem me clamitans atrocius ferior, vincior loris manus, alligor furto meo, crebris ictibus minor ad tribunal, judici offeror, accusor, manifesta causa, non est negatio, quesita sententia dampnor patibulo. Dantur inducie confitendi, sacerdos exhibetur mihi, peccata mea confiteor, taceo de presenti crimine. Hinc interrogatus inficior, rem, ut gesta est, pando. Litteras pontificales in testimonium haberi in baculo. Queritur et invenitur ille et in illo veritatis indicium. Consulit sacerdos, dimitti hominem, nemus ambiri, queri furem. Ego custodior, ille capitur. Aptatus iudicio negat se scire causam, saccum non ad se pertinere, periclitari se injuste pro re, quam nesciret. Sacerdos agens pro me: “Judicium”, inquit, “divinum ambos examinet, ipsum inter ista

1) Friedrich I. 2) Philipp von Heinsberg 1167—1191.

non fallat. Quem Deus monstret innoxium, liber exeat, ne modo innocens pereat et de manu vestra requirat Deus". Assensi sunt omnes. Venitur ad iudicium, candenti ferro veritas declaratur. Portamus illud, ego innoxius, noxius invenitur ille et inventam mihi sententiam suspendii accipit. Ego in domo sacerdotis dimissus quiesco, ille pependit in patibulo. Parentes ejus et cognati indigene audientes me adhuc ibi esse, vi rapuerunt, et suum deponentes, me sine iudice et iudicio in eodem loco appenderunt. Triduo sic pependi, et non erat, qui sepe- lisset'.

Quod angelus Dei venit et sustentavit eam.

'Attamen humano cessante auxilio, affuit divinum, et angelus Dei bonus mihi missus in solatium. Hic in patibulo residens medium me complexus est, pedibus meis supponens suos, consolans me atque confortans et odore atque sapore totius suavitatis inebrians. Tum tertio die ad vesperam audio choros psallentium suavi cantilena et melodia dulcissima. Interrogat angelus attonitum me attentumque: si quid audiam? respondeo, me audire, sed non intelligere. Tum ille: "Quid sit, indicabo tibi. Agnes soror tua nunc obiit, et angeli gaudentes animam ejus deferunt in excelsum. Post tres annos et te similiter in suum assumant consortium".

Quod de patibulo demissa est.

'Interim dum ista colloquimur, pueri gregem e regione paverunt et de me sermocinando dixerunt: "Num aliquando circa patibulum istud tam secure, tam absque metu et horrore currimus, sicut modo facimus? Timuimus hic pascere gregem et cum nemo penderet. At cum puero isto diversari tam tutum, tam familiare est, haud aliter quam si viveret et nobiscum curreret. Eja!" inquit, "demittamus eum deorsum, ne ultra contumeliam patiatur hoc corpusculum". Sic pastores loquebantur ad invicem et venerunt festinantes, et quod dicunt hoc et faciunt. Decidunt torquem, ego decido, non graviter tamen, angelo supponente manum, ne colliderer. Fugiunt pueri audaces prius, nunc exterriti, et angelus dixit mihi: "Ecce liberatus es, jam vade quo libet!" Respondeo ei, Veronam me tendere, sed nescire viam. "En", inquit, "Verona!" digito monstrans mihi civitatem vix uno stadio a me distantem. In territorio Augustano terre Theutonice suspensus fui, dejectus de patibulo continuo Verone fui. Ingredior urbem, exsequor legationem meam, et inde demum revertor ad patriam. Sic veni huc in gratiarum actione responsurus Deo, quia mundum et immaculatum custodivit ab hoc seculo. Finem modo vult facere laboribus meis, quia tempus jam expletum est triennii, et dies anniversarius

imminet, in quo mihi promissum est obire atque abire cum angelis. Inde est, quod in adventu infirmatus et desperatus a vobis unctionem tunc renui, sciens me usque in pascha differri. En hora jam instat promissa et novissima mihi'.

In toto monasterio personuit istud fratrem Joseph prophetasse de morte sua, et grandis exspectatio, donec impleretur prophetia. Et impleta est, non sine dolore tamen, optantibus ceteris ut viveret, quod magnum aliquid de illo futurum sperarent. Hec spes confudit eos, ipsorum vota precurrens, et quod sperabatur in longum fore, jam tunc in illo factum ostendens, obiit Joseph sicut predixerat ipse, quidquid est christiani juris accipiens, acceptus ipse Christo in odorem suavitatis et deductus in pace ab angelis pacis. Quarta feria pasche dum de mensa surgitur cene, ad cenam agni vocatur Joseph, atque ad exequias ejus vocati conveniunt omnes. Tollitur ex more corpusculum, nudatur ad lavandum, a paucis tamen idemque brevissimum; nam protinus est cum stupore et admiratione reiectum. Ceterum fama detegitur cunctis, feminam esse, que obiit, et in commendatione, quam abbas interim fecit, genus masculinum in femininum transivit. Stupent litterati omnes, audientes feminam commendari, et inter longa suspiria mirabantur virtutem Christi, cujus amore et ope fragilis hec oblita sit sexum, inierit atque finierit prelium, triumpharit inimicum. Effertur ad laicos fama: turbantur, mirantur et stupent magis ipsi, quod in puella tam tenera diabolo illusisset Dei virtus et dei sapientia Christi. Et quod dictum fuerat priori in tenebris, ipse dicit in lumine; quod in aure quisque audierat, predicabat in tectis. Laudatur ab omnibus et benedicitur Deus in donis suis. Reor et hoc ordinis nostri quaecunque preconium, quod virgo Christi tot agonibus fatigata, nec victa, dum ab angelo transitus sui tempus et felicitatem agnovit, nusquam sibi tutius Deoque laudabilius quam in religione nostra finiri se credidit. Fortiter siquidem et non diu in bello factura fortes pugnans aggressa est, ut regi suo tanto cresceret gloria, quanto [in]firmiori militi fieret a forti hoste victoria.

Velim hanc miraculo feminis, viris exemplo, ut glorientur ille, illi erubescant, quod hodieque non desint in feminis, que pro Christo audeant fortia, quod in viris pars maxima mulierum sectantur infirma. Nulli tamen feminarum similia suaserim, quia multis par fortitudo, sed dispar est fortuna, et eodem belli discrimine sepe cadit fortior, quo vincit infirmior.

Hujus relationis testem habemus in domo, qui in obitu et exequiis puelle presens fuit, referens nobis quod audivit ipse et vidit. Siquidem in pascha hujus anni res accidit, qui est annus ab incarnatione Domini MCLXXXVIII. Ceterum abbas ille rei novitate attonitus vitam puelle sciscitare plenius voluit, ipsam ab inclusa investigare perrexit, scripturus eam

ipse, postquam didicerit. Interim, si dignamini, tenete nostra, donec illa vulgentur; ego in Christi tabernaculum pro mea facultatula offero pilos certe caprarum, quia meliora non habeo; ceterum preciosa offerentibus non prejudico, sed cedo, sed defero, sed obsequor preconando.

Post finem exequiarum, quod pene omissum, dum obitus ejus esset assignandus et scripto aliis commendandus, dubitatum est, quod ei nomen imponent, quia Joseph masculum, et non feminam significaret, et abbas dans finem ambiguo: 'ancillam Dei', quod vere fuerat, scribi fecit. Sub hoc nomine obitus ejus venit ad nos, nam continens: 'XII. kal. Maii ancilla Dei'.

Apollogeticum scriptoris.

Libellum hunc scripserim, in quo Dei quesita sit gloria, edificatio legenti et venie remuneratio scribenti. Certus non eque omnibus placiturum, sed nec fidem ad singula habendam. Cum tamen ego nil finxerim, cujus testes aut non dederim aut dare non possim, ignoscatur mihi: feci, quod non debui, non jussa presumens et ex minutiis codicellum istum compingens. Ceterum illa, quae feci, ut et Paulus¹⁾ pro fratribus fieri optet anathema, caritas est ipsa; potens est absolvere hoc peccatum meum et tam facile unum, sicut cooperit multitudinem peccatorum. Eadem mihi persuasit, ut scriberem: persuadeat et legentibus, ut adhibeant fidem et quae honesta sunt horum dignaque imitatu, venerentur in aliis et exhibeant in se ipsis. Porro et indigna conjunximus, finem illorum ostendentes sine honore, verum et cum horrore, ut quos ad bonum bona non provocant, revocentur a malis vel terrore, finem tamen omnium Dei gloriam velim, qui aperit os mutum et linguas infantium facit disertas, atque, ut in Deo faciant virtutem, sua virtute imbuunt animas.

Papebroch hat in den *Acta Sanctorum* April. II, 780—790 eine ähnliche Vita abgedruckt, die angeblich von einem Connovizen und Lehrer der Hildegund verfasst ist, und erwähnt zugleich noch eine andere ältere, kürzere, von einem andern Schoenauer Mönche, die er aber deshalb nicht abgedruckt habe, weil sie 'ubicunque ab ea (der ersten) deflecteret, etiam a veritate deficeret, non quidem quoad ipsam rei substantiam, quae utrobique est eadem, sed quoad praecipuas nonnullas ejusdem rei circumstantias'.

Bezeichnen wir diese zweite Vita mit B, die gedruckte mit C, so ergibt eine genaue Vergleichung mit A:

1) dass beide geraume Zeit später geschrieben sein müssen als A, C jedenfalls erst nach dem Tode des Abtes Gottfried,

1) Rom. 9, 3.

der urkundlich noch 1191 erwähnt wird, während sein Nachfolger Diepold erst 1196 zum erstenmal erscheint¹⁾, und zwar wird, da Caesarius von Heisterbach²⁾ um 1220 nur B kannte und benutzte, C wohl auch erst um diese Zeit oder noch später zu setzen sein;

2) dass beide, da sie an wirklichen Thatsachen nichts Neues hinzuzufügen wissen, vielmehr ganz dasselbe nur mit andern, zuweilen auch denselben Worten wiedergeben, was A enthält, nicht viel mehr sind als eine Umarbeitung von A mit Hinzufügung einiger damals allgemein bekannter Namen und mehrerer Unwahrscheinlichkeiten und Wunder, was ihren historischen Werth natürlich nicht erhöht. Um nur ein Beispiel anzuführen, so ist der Satz bei A: 'Evigilo, nihil invenio, non res, non socium, non vel ullum, qui succurreret', bei C umschrieben in 'Evigilans deinde Joseph velut a somno gravi tanquam Jacob amisso sodalitis solum se reperit, solum se omni jam solatio destitutum invenit' etc., woran sich nun eine 21 Zeilen lange Betrachtung mit verschiedenen Psalmstellen untermischt anschliesst, ehe der Faden der Erzählung wieder aufgenommen wird.

Ferner lässt A ganz richtig Hildegund in Verona ihre Aufgabe erledigen, während C erzählt, sie habe in Verona nur ihren Gefährten wiedergefunden, worauf beide nach Rom gegangen seien, um ihre Geschäfte beim Papste abzuwickeln, der damals gar nicht in Rom, sondern bis Ende September 1187 in Verona war³⁾. Selbst der Engel, welcher ihr erscheint, geht bei C auf diesen Irrthum ein. Wenn ferner A Hildegund auf der Rückreise von Jerusalem durch Italien kommen lässt, während sie nach C geradewegs nach Deutschland gelangt, so wird die Richtigkeit von A gegenüber C später von C selbst bestätigt, wo nach cap. II, n. 2, S. 784 der Canonicus (A: Capellanus) sie mit nach Italien nimmt, 'qui et viam nosset et loquelam intelligeret'. Dass C sogar aus der Beichte, die sie dem Prior abgelegt, zu berichten weiss⁴⁾, dass vieles hineingemenget wird, was gar nicht zur Sache gehört, wie ein wunderbares Licht in der Küche, das von einem celebrierenden Mönche aus der Kirche kam, dass bei C im schneidenden Gegensatze zu A die unnatürliche Verleugnung der Natur im grellsten Lichte hervortritt und mit besonderer Vorliebe, fast geflissentlich, die Verlegenheiten geschildert werden, welche ihr Geschlecht ihr in einem Männerkloster bereiten musste⁵⁾, die wunderbare Heilung des Ver-

1) Cod. diplom. monast. Schonaug. bei Gudenus, l. I. p. 38, 39.

2) a. a. O. I, c. 40. 3) Vgl. Jaffé, Reg. Pontiff. S. 855 ff. 4) A. SS. a. a. O. 789, Sp. 2: 'Numquid', fragt der Prior, 'feminam aliquam cognovisti?' qui (Joseph) respondit: 'neque virum cognovi unquam'. Hoc verbum prior non intellexit. 5) z. B. S. 189 n. 29 und n. 32.

fassers selbst und eine Vision, in der er von ihr Offenbarungen erhielt, die er aber 'praeterire maluit', das und manches andere spricht nicht zu Gunsten von C.

Papebroch that daher Unrecht, C einen solchen Werth beizulegen, wenn es auch beansprucht, von einem Augenzeugen geschrieben zu sein.

Wenn ich mir noch erlauben darf, eine Vermuthung betreffs des Verfassers von A auszusprechen, so bin ich geneigt, ihn für Engelhard, den Verfasser der Vita Mathildis, der Aebtissin von Edelstetten, zu halten, weil seine charakteristische Schreibweise genau der dieser Vita und eines sogleich mitzu-theilenden Briefes Engelhards an den Abt Hermann von Ebrach entspricht.

Dieser Brief, in derselben Handschrift fol. 101^a, enthält eine Widmung an den Abt Hermann mit einer merkwürdigen Erzählung aus der Bekehrungszeit Pommerns, und ist noch nicht, dagegen der in der Handschrift folgende zweite Brief und ein Theil der Vita Mathildis (die ersten 10 Capitel bis zu den Worten: 'nam finis illorum mors') sind bei Canisius, *Antiquae lectiones* V, 8—61, und in den *Acta SS. Mai* VII, 442—447, abgedruckt. Vielleicht dürfte nach diesem Briefe das Urtheil Wattenbachs über die Dürftigkeit der Quellen Engelhards¹⁾ etwas zu mildern sein. Die Vita, deren letzter Theil herausgerissen ist, enthält nur wenige unwesentliche Varianten gegenüber der gedruckten.

Epistola.

Domino et patri carissimo Hermann²⁾, abbati de Ebera, E. pauper suus et modicus, modicum quod est, quod scit et potest. Moyses in Exodo jubet³⁾ preconis voce cantari: 'Nec vir nec mulier offerant quicquam ultra in opus sanctuarii'; sicque cessatum est a muneribus offerendis, eo quod oblata sufficerent et superabundarent. Et finis (sic) Ecclesiastes: 'Faciendi', ait⁴⁾, 'plures libros nullus est finis' et finem fine concludens 'Time', inquit, 'Deum et mandata ejus observa, hic est omnis homo'⁵⁾. Scitis et nichilominus jubetis, ut novum quid scribam, quasi vel Beseleel in opere Mosaico⁶⁾ vel Yram in Salomonico⁷⁾ neglexerint et non omnia ita perfecerint, uti Moysi in monte monstratum est et ad David scriptum manu Domini venit. Obedio, vos primum volens excusatum, qui urgetis ut offeram ultra prescriptum, sed et me probans non peccare exaltando Deum

1) Wattenbach, *Deutschl. Geschichtsqu.* II, 286. 2) H. war der 5. Abt von Ebrach. Vgl. Wegele, *Monum. Eberacensia* XII. und Cap. 2, S. 18, Anm. 1. Weigand, *Geschichte der Abtei Ebrach*, herausgegeben von Ruland. Landshut 1834. 3) Exod. 36, 6. 7. 4) Eccl. 12, 12. 5) Eccl. 12, 13. 6) Exod. 31, 2 ff. 7) III. Reg. 7, 40 ff.

quantum possum. Jesus filius Nave¹⁾, Moysi discipulus et Jesu nostri forma et typus, scribit librum suum, quilibet prophetarum suum; sed et libri regum inter illos viginti quatuor seniores habent locum suum, ad quem numerum numerus est Hebraicorum elementorum atque librorum. Hii omnes divites in gazophilatium multa jactantes, ultima vidua duo minuta mittente superantur, quia, teste Jesu, ceteri ex eo quod abundabat illis miserunt, hec de penuria sua misit totum victum suum²⁾. Hujus vidue nos filii sumus; nam ipsa est ecclesia sanctificans se Deo, ut sit sancta corpore ac spiritu, nichil de se retinens sibi, quod sit suum, sed Dei totum. Hanc imitans ego ex precepto vestro cum duobus minutis curro ad templum, adeo gazophilatium, et Jesum habens spectatorem, quod ipse dedit, do totum.

In Austria³⁾ cum abbas vocarer, rogatus sum scribere vitam sancte Metthildis abbatisse, quam inchoans ibi, hic Domino adjuvante consummavi; et vos ejus opto susceptorem, cum longe absint, qui me petierunt esse scriptorem. Testes sanctitatis ejus habemus omnes incolas terre, in qua sepulta est. Sed et Frisiensis episcopus Otto⁴⁾ adhuc vivens vite illius susceptor est, sanctissimam fuisse affirmans, et me ut ceptum perficerem flagitans. Siquidem soror fuerat matris ejus, ut ipse omnium que de illa scripsi, testis juratus. Vos tamen judicem operis mei vel muneris pro Beseleel habeo, et per manus vestras in opus sanctuarii hos pilos caprarum pauperculus offero, sperans a Deo gratiam, mercedem a sancta, patientiam a vobis, et ab omnibus edificationem ponderantibus non dicta sed facta.

Sed unum premitto miraculum, quod a lectore mihi velim indultum, ne pagina vacet usque ad textum. Res in Pomerania contigit. Sed de Dacia innotuit nobis, testem habentibus archiepiscopum⁵⁾ et relatorem, a quo dominus Bero Siticensis⁶⁾ abbas audivit et me scribere precibus compulit.

Epistola de leproso per ignem mundato.

Pomerani Sclavi sunt gens indomita, pugnax et preda vivens et Danorum maxime terram depopulans. Hic usus eis, hic victus, et nichil pace molestius; piratico apparatu predas

1) Undeutlich in der Hs. 2) Lucas 21, 3. 4. 3) Vielleicht in Wilhering, das 1185 von Ebrach abhängig wurde, zu welchem Engelhard in vielen Beziehungen stand. Vgl. Janauschek, Origines Cisterciensium I, 318. 4) Otto II. von Bergen, 1184—1220. 5) Absalon, von 1178 bis 1201 Erzbischof von Lund, welcher die Feldzüge des Königs Waldemar nach Pommern mitmachte. 6) Sittich bei Weichselburg in Krain, 1195 gestiftete Cistercienserabtei. Vgl. Böttcher, Germania sacra I b, 1370. Janauschek, Orig. Cist. I, 318.

exercent, occidere vel occidi fortunam credunt et iudicium Dei non metuunt. De novo christiani adhuc paganizant, vicinis gentibus pacem non tenentes. Horum insolentias in suis dampnis cum Dani ferre non possent, arma conclamant, et ad urbem predonum adunati, nemine excusato, miles et rusticus, rex et sacerdos, simul in unum dives et pauper pugnaturi conveniunt. Et archiepiscopus affuit, ultor iniquitatis, terre defensor, vindex iusticie, visor denique miraculi, quod retulit ipse. 'Duo', inquit, 'corpora pendebant patibulo, non collotenus ut solent fures suspendi, sed ut canes aut lupi calcaneis appensi, visu tam horridi, ut non possent cause illorum pre horrore non (sic) discuti vel inquiri. Responsum est ab indigenis, juste illos sic passos; fures fuisse pessimos, diu et cum dampno civium latuisse; nec jam ab homine, sed a Deo vel Dei spiritu proditos fuisse. 'Leprosus', aiunt, 'secus hanc ecclesiam tugurium habuit, tam frequens in precibus, tam in vigiliis creber, ut continuus labor currentis ad ecclesiam cives moveret et extorqueret, ut facerent ei cellulam¹⁾. Tunc ex devoto devotior noctes duxit in oratione pervigiles, jejuniis et corporis castigatione se affligens et tamquam morti destinatus horam exitus sui omni qua poterat cautela premuniens. Noctum dum jacet et studio et morbo insomnis, ecce hii duo fortes oratores irrumpunt ecclesiam, rapiunt substantiam et universa tollentes deferunt ad domum suam. Tempus adest matutinum; eunt ad ecclesiam, quibus id solitum, illo vocante per signum, cui pulsandi officium. Dampnum presensit et insolentius campanis cives collegit, clamans ecclesiam esse irruptam, spoliata et nudata. Convenerunt omnes et cum omnibus illi; querit(ur) quisque dampnum suum et pre omnibus isti, dicentes, amisisse se plurimum. Coeunt cuncti ad leprosum, querunt, an senserit irruptionem, exigunt responsionem et auctoris sceleris ostensionem. 'Frustra', inquit, 'sevitis, me infirmum et cum morte luctantem cognoscitis, et fures dinoscere posse putatis?' Cives instabant dicere stature vel habitus eorum signa; nisi diceret, suspectum haberi, etsi non de facto, sed et de conscientia. Quid ageret? Prodit invitus, quod sciebat non expiandum nisi morte raptorum, sed ne conscius videretur aut socius: 'Huc', ait, 'omnes accedite, si forte de simili simile possim vobis ostendere'. Accedunt, et digito monstrans duos, 'Hii', ait 'aut horum similes predati sunt ecclesiam, siquidem mitrati et ejusdem . . . ac stature fuerant illi'. Tum latrones: 'Equidem verum est nos fecisse, sed te proditore, te adiutore, te consule'. Et cives turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est. Nam obliiti equitatis noxios.

1) Vgl. Martene, de antiquis ecclesiae ritibus III, cap. X. de separatione leprosum, pag. 531.

siverunt vivere, leprosum autem congesta lignorum materia latronum hortatu conati sunt cum cella sua igni consumere. Ardebat cella, flamma ferebatur in altum, strues lignorum major tugurio tugurium redegit in favillam: et leprosus interim jacens in flamma, flammam non sensit, donec consumpto incendio locus tepuit. Cives adhuc astant, vident leprosum surgentem et fricantem¹⁾ se, tergentem sudorem vultus sui et cum sudore squalorem lepre purgantem, deinde brachia vicissim et manus extergentem. Cutisque sequebatur tractum manus, ita ut per totum corpus pellem fricando detraheret et de veteri homine homo novus, et de leproso mundus, de infirmo ac semimortuo sanus et alacer appareret. Nudus stetit, siquidem vestes ejus ignis absumpserat, totus mundus et sanus, nesciens ipse quid contigisset. Sic suavissime quippe dormierat in medio incendii. Tum reversi cives ad cor hujus innocentiam, illorum scelus et malitiam recognoscunt. Manus intiunt eis, trahunt sceleratos et pejores canibus, canum more suspendunt, testem autem veritatis et a veritate liberatum novis vestiunt et ad ecclesiam cum laudibus et exultatione deducunt. Illam, ut opinor, ecclesiam apostolus eorum sanctus episcopus Otto²⁾ dedicavit, in qua³⁾ prius leprosus orans pro foribus die noctuque procubuit, nunc edituus, si tamen superest, probatus per ignem et fidelis inventus Domino servit. 'Hunc', ait episcopus, 'ego vidi tam sanum et mundum, ut ceteris hominibus mundior appareret, quasi aurum se ostendens, quod per ignem transisset, et terre vel scorie nichil haberet'.

Videris lector videntem omnia oculum nichil latere, et Altissimum, qui patiens est redditor, diu portatam maliciam ad ultimum reddere. Sic justus de angustia liberatus est, et traditi sunt impii pro eo. Cogita in leproso illeso et munito Daniele⁴⁾ ereptum de lacu leonum et honoratum a rege, cogita in furibus his accusatores continuo a leonibus devoratos. Tribus hunc pueris⁵⁾ compara nec crine nec veste corruptis, quorum tamen exusta sunt vincula sicut ejus lepra detera est, et vestis purulenta consumpta: illos proditores accipe, quos in momento consumpsit flamma. Illum postremum estima Mar-docheum⁶⁾, cui Aman patraverat patibulum, ipsos ipsum Aman in eodem suspensum.

Hoc miraculi munus ad locum suum cum aquis unde exivit, remisi, siquidem de Ebera relatum est mihi, quod et vobis resigno, pater dulcissime, si bene digestum sicut⁷⁾ optarem; paratus emendare, si habeam monitorem. Est adhuc in bursa mea quod pro Deo loquar; sed ventri mens absit, ut

1) Hs. tricantem.

2) Otto von Bamberg 1103—1139.

3) Hs. qui.

4) Dan. 14, 30—41.

5) Dan. 3, 26.

6) Esth. c. 5—8.

7) Hs. sic.

sit uter musto plenus absque spiraculo, quod Helia teste¹⁾ lagunculas novas dirumpit; ego tamen non loquar, nisi vestra paternitas jusserit, immo, ut superbe dicam, nisi rogando roga-verit.

Vorher geht noch auf fol. 80 eine der Sage vom Mönch Felix nahe verwandte Erzählung, fol. 97^a 'de Walthero monacho' und endlich fol. 99 eine Erzählung, die wieder etwas mehr historisches Interesse darbietet:

De quodam servulo capto in curia Eberacensium.

Cum gloriosissimus Romanorum imperator, H. scilicet sextus, princeps totius monarchie, ab hac luce emigrasset et diem extremum clausisset, magna turbatio et confusio est facta²⁾ in omni seculo, et maxime in Teutonico regno. Nam cum regem et judicem populus non haberet, unusquisque quid sibi justum et rectum videbatur, agebat. Unde non modica dissensio, immo totius ecclesie facta est immensa contentio et confusio, quia nec Deum nec hominem iniqui revere-bantur, sed unusquisque comprimere et opprimere satagebat. Major adversus minorem consurgebat et sua ei diripiebat atque in proprios usus redigebat. Et tanta facta est predatio, qualis ab initio mundi non fuit in christiano populo. Nam stratam publicam et viam regiam nullus secure incedere presumebat, eo quod nulli reverentia, nulli honor persone deferebatur, nisi qui se ipsum defendere poterat. Nam civitates regias, castella, vicos ac villas, insuper, quod adhuc amplius est, Christi eccle-sias depopulabant et cremabant et habitatores in captivitatem cum manubiis et preda multa abducebant, et quosdam com-pedibus innodabant.

Unde etiam mirabile quoddam et satis laudabile in oppido prope claustrum Eberacense ad honorem ejusdem monasterii et fratrum ejus accidit, quod dignum memorie esse tradendum duximus. Dum enim castellani de prefato oppido predandi et spoliandi causa ubique, sicut et ceteri, circumirent et discurrent, diffamatus est eis quidam servulus in quadam grangiola Eberacensium, quasi multas haberet pecunias. Sine pecunia non erat, non tamen habebat tantum, quantum illi putabant, sed quantum in curia serviendo acquisierat. Venerunt ergo concito gradu et cursu velocissimo, et ipsum sine ulla miseratione abstrahentes tanquam canes leporem, aut lupi ovem, et ad suum castrum cum magno tripudio deduxerunt, putantes se magnum thesaurum invenisse, non attendentes illud propheticum: 'Ve qui congregat non sua!'³⁾ et illud: 'Ve qui predaris, nonne predaberis?'⁴⁾ Interim Eberacenses suam in-

1) Job. 32, 19. 2) Vgl. das mit ganz ähnlichen Klagen erfüllte Schreiben Philipps an den Papst vom Jahre 1206. Monum. Germ. Leg. II, 210. 3) Hab. 3, 6. 4) Isai. 33, 1.

juriam simulantes et illi compatiētes miserunt quosdam de fratribus, ut ob reverentiam monasterii ipsum redderent, eo quod familiaris eorundem monachorum esset. Illi autem obturaverant aures suas et deprecationem humilium spernentes, inanes et vacuos predictos remiserunt fratres. Postea captivum suum diligentissime observaverunt et custodierunt atque in cippo crura ipsius strictissime et artissime concluderunt, ponentes milites, qui nocturnis horis ipsum custodirent, et unum specialiter illi deputaverunt, qui ei precipue adhereret et curam ipsius ageret. Magnum ergo sue pietatis et bonitatis inditium divina virtus in eo ostendere dignata est, non tantum propter ipsum sed multo magis propter alios sibi forsitan cariores, sicut in subsequenti auditis. Nam cum sopori omnes se dedissent et tempus dormitionis advenisset, ille cum ceteris obdormivit, sed multo felicius et dulcius pre ceteris, cui Dominus talem visionem ostendere dignatus est. Illi dormierunt somnum suum et divitias, quas quesierant, minime invenerunt. Isti autem in visione nocturna apparuit visio mirabilis et valde preclara. Nam domina quedam speciosissima et omni gratia plena, quam non aliam fuisse credimus, quam illam, de qua canitur: ¹⁾ 'Ista est speciosa inter filias Ierusalem!' scilicet beatissimam virginem Mariam. Hec enim ait ad captivum servulum et in cippo jam positum: 'Quid', inquit, 'hic agis? et quare hinc non recedis?' Et ille: 'Quomodo', inquit, 'recedere possum, cum in isto trunco artissime sim constrictus et crura mea sint colligata ita, ut vix movere me valeam?' Et illa benignissime ad hoc respondit: 'Ex quo legatos Eberacensium monachorum isti contempserunt, ego te propter eosdem monachos meos nunc absolvo et abire concedo'. Hec cum dixisset, visio disparuit et ille statim evigilavit et ammiratus vehementer expavit, quod talia viderit. Cumque dolorem in cruribus minime sensisset, sicut prius, cepit contrectare ipsa crura et tibiam et penitus ²⁾ ipsum lignum in quo erat positus sublatum, exclamavit voce magna et dixit: 'Lignum non comparet, in quo constrictus eram et colligatus diligenter considerate et videte, quis illud subtraxerit et abstulerit'. Illi autem excubitores et custodes putabant, quod in somnis talia diceret, increpabant eum, ut taceret. Ille vero multo magis clamabat, quia, 'compedes sublatae sunt, in quibus me tenuistis, secundum illud: 'Dominus solvit compeditos, Dominus illuminat cecos'. ³⁾ Cum ergo iterasset clamorem, et suam sententiam confirmaret, ulterius custodes dormire non poterant, sed diligentissime considerantes et explorantes ita factum esse, sicut dixerat. Cum autem dies illuxisset, truncum, in quo captivum suum vinxerant, extra castrum projectum invenerunt ipsumque domno Eberacensi sine precio direxerunt,

1) Cant. cant. 1, 5. 2) sentiens? oder es fehlt ein Wort, wie auch unten nach explorantes. W. 3) Psalm 145, 8.

quem prius pro multa supplicatione mittere recusabant. Nos ergo Domino semper gratias semper agamus, qui solus facit mirabilia, ejusque genitricem in omni tribulatione nostra devotissime veneremur, ut ipsam in omni necessitate nostra advocatam sentiamus.

Hierauf folgt nach einem kurzen Gedicht auf die göttliche Dreieinigkei dieselbe Erzählung in Form von Versen:

Virga Mosaica, vel Aronitica, virgaque Jess >e.
 Tu ducis et nucis es genitrix et crederis ess >i.
 Lucida lucis, lactea nutrix regis et agn
 His tibi virgis dantur honoris numina magn >i.
 Denique prima ducem lucemque secunda ministr >at.
 Tercia regale caput et faciem calamistr
 Dux peregrinis, lux tenebrosis in patria
 Est tua proles, fac fore tales nos, quibus hic >rex.
 Dux in itinere, lux sit in ethere pectora lustr
 Rex quoque munere, seu munimine premia prest >ans.
 Hec tria tu trina virguncula progenuist >i.
 Dum genetrix Christi felix fieri meruist >i.
 O bona multum quam mage multum virgo benign >na.
 Quam te talia sunt magnalia maxime dig
 Virgula florida, virgo puerpera, virgo perenn
 Carmina suscipe nos et ab omnibus exime dampn >is.
 Dulcis et ingenua¹⁾ lete suscipe nostr >a.
 Astris in castra, que fert industria nostr >a.

Cesaris Heinrici mors orbi causa malorum,
 Pacem destituens undique bella dedit.
 Illicitum licitumque pari cum sorte cucurrit,
 Quique magis poterat, plus violentus erat.
 Ebera juris amans, domus hospita cuique volenti
 Sensit in obsequio jura perisse suo.
 Fama fuit quia servus ibi foret eris abundans;
 Prenditur, artatur, et quasi fur patitur.
 Sed mittunt, sed eum repetunt monachi, nec habetur;
 Pulsant astra prece, quodque petunt fit eis.
 Virgo Maria ligatum solvit, jussit abire,
 Dicens: 'Te monachis, ecce, redono meis'.
 Cippo strictus dormierat, sed liber ab illo
 Evigilat stupidus, causa stuporis eis,
 A quibus est captus, et redditur ante negatus,
 Sic audit monachos virgo Maria suos.

1) Hs. ingenua lita.